

provenire depóscat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Ps. 118. 78, 80.**

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, in tuis justificatióibus, ut non confúndar.

**POSTCOMMUNION**

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Virgínibus et Martíribus tuis Ursula et Sociábus ejus: ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hilarion, Abbot.)*

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptiône sacraménti beátus Hilaríonus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

holy altar, may profit us unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let the proud be ashamed, because they have done unjustly towards me: but I will be employed in Thy commandments, in Thy justifications, that I may not be confounded.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that what we touch with our lips we may receive with pure hearts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the pleading of blessed Hilarion the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: OCTOBER 21, STS. URSULA & COMPANIONS, VIRGINS & MARTYRS**

MASS (*Loquébar*) (red)

**INTROIT Ps. 118. 46, 47.**

Loquébar de testimoniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. (Ps 118:1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Loquébar de testimoniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

**COLLECT**

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Virgínum et Mátyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hilarion, Abbot.)*

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Hilarióni Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Wisd. 51: 1-8, 12**

Confitébor tibi, Dómine, Rex, et collaudábo te Deum, Salvatórem meum. Confitébor nómini tuo:

I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved. -- (Ps. 118. 1). Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. V.: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, our God, to venerate with unceasing devotion the victories of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, though we can not worthily celebrate their merits, we may at least offer them our humble service. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the intercession of blessed Hilarion the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I will give glory to Thee, O Lord, O King, and I will praise Thee, O God my Savior. I will give glory to Thy Name,

quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditíone, a láqueo línguæ iníquæ et a lábiis operántium mendácium, et in conspéctu astántium factus es mihi adjútor. Et liberasti me secúndum multítudinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me: a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuáta: de altitúdine ventris inféri, et a lingua coinquináta, et a verbo mendácii, a rege iníquo, et a lingua injústa: laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de mánibus géntium, Dómine, Deus noster.

**GRADUAL Ps. 44. 8, 15, 16.**

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. V.: Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V.: Adducentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in laetitia. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 25. 1-13.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis parábolam hanc: Simile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviám sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis

for Thou hast been a helper and protector to me, and hast preserved my body from destruction, from the snare of an unjust tongue, and from the lips of them that forge lies; and in the sight of them that stood by Thou hast been my helper. And Thou hast delivered me, according to the multitude of the mercy of Thy Name, from them that did roar, prepared to devour; out of the hands of them that sought my life, and from the gates of afflictions which compassed me about: from the oppression of the flame which surrounded me, and in the midst of the fire I was not burnt: from the depth of the body of hell, and from an unclean tongue, and from lying words, from an unjust king, and from a slanderous tongue. My soul shall praise the Lord even unto death: because Thou, O Lord our God, deliverest them that wait for Thee, and savest them out of the hands of the nations.

Thou hast loved justice and hated iniquity V.: Therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness.

Alleluia, alleluia. V.: (Ps. 44. 15, 16) After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness. Alleluia.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The Kingdom of Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise. But the five foolish, having taken their lamps, did not take oil with them: but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom

cum lampádibus. Horam autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exíte óbviám ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornávérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extinguiúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est iánua. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque horam.

**OFFERTORY Ps. 44. 15, 16**

Afferéntur Regi Vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne: adducántur in templum Regi Dómino.

**SECRET**

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Virginum et Mátyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hilarion, Abbot.)*

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Hilariónus Abbas, quæsumus, in salútem nobis

tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps. And the foolish said to the wise: Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying: Lest perhaps there be not enough for us and for you, go ye rather to them that sell, and buy for yourselves. Now whilst they went to buy, the bridegroom came: and they that were ready, went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last come also the other virgins, saying: Lord, Lord, open to us. But he answering said: Amen I say to you, I know you not. Watch ye therefore, because you know not the day nor the hour.

After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness and rejoicing: they shall be brought into the temple of the King, the Lord.

Favorably look down, we beseech Thee, upon the gifts laid upon Thine altars, O Lord, for the festival of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, as Thou hast conferred glory upon them through these blessed mysteries, so Thou mayest bestow upon us forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the holy Abbot Hilarion, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy